

15 Jan. 1572.

Randi domini fratres honorant. Quoniam constitutum erat inter me et
eos, quos f. v. nuper ad me miserant, ut Venerabilis d. Michael Conarsky
a fratre suo rescisceret, quomodo alibi instituta sint exactiones comitin-
las, expectavi, ut id mihi prescriberetur. Interea vero, cum pestis in
hoc oppido Heilssbergensi, quod attentaui, conquirisse videretur, tres
homines una aut altera die in una domo ea perempti sunt. Do factum est,
ut indicionem conventus differrem. Cum aut iam non serpat hic lati-
us pestis, Cetero sit gratia d. licet nesciam, quid d. Conarsky renunet-
averit, non existimo nobis diutius procrastinandum esse conventum,
ne quid offensionis mora nobis pariat apud R. Mtem et in comitibus.
Quae quietem et ipsa metu pestis Varsavianam tentantis ad etiam pu-
rificationis s. Mariae dilata sunt. Igitur ad septimam diem me-
sis Februarii proxime instantis cum ipsum conventum indicendum
mihi esse indicavi, ad eum modum, quem f. v. ex adiuncto cotiebi
exemplo cognoscent. Post biduum aut ipsa edicta circum magistra-
tus et oppida dimittam. Quod si qua forte hic adhuc subesse vi-
debitur pestis contagio, posset conventus Guttadium vel Voermitam
transferri, quamvis id non sine incommodo meo fieret.
De concordia inter Episcopum et Capitulum quid f. v. scripseri,
non recorator: neq. exemplum epistolae, quam dictam, habeo. De eo
quidem, quod suspicantur ipse, et de quo his antea scripsisse otior,
non arbitror operae precium esse, me cum ipsis amplius quicquam agere,
quandocumque ea, quae scripsi et egi hactenus, ita contemptim accipi-
untur. Itaq. neq. ad ea, quae a me prius retarguta et explicata,
nunc rursus fastuose iterantur et obiectantur, respondebo. Fenat-
quisq. suo sensu per me licebit. Bene valeant f. v. Heilssbergae
15. die Januarij. Anno domini 1 5 7 2.

f

Mart. Cromeyus
Coadiutor Ep. V.

Petivi a f. vreis exemplum transactionis inter Episcopum et Capitulum
quam ex allegarunt in negotio electionis. Non est missum. Negari
recte non potest, cum sit commune monumentum. Velim etiam remit-
ti mihi eandem ea, quae d. Caspar Hannovius, ante duos annos a
f. vreis cum d. Custode, in fallor, ad me missus, ex archivo huius ar-
cis accepit, ut f. vreis exhiberet, conscripta quoque et manu sua subscri-
pta in schedula mihi reliquit. Exemplum a. Joanni fratri eius
heri misi. Arbitror autem et privilegium hypothecarium super Schaz-
perum indicatum sumptum esse: ubi extant adhuc alia, ad idem nego-
cium pertinentia.

34
Rendis dominis Prelatis
et Canonicis totius Capitu-
lo ecclesie cathedralis
Varmien fratribus honorari

18 Januarij An: 1572. 3

De Conscripti & Xarhous ca
in d. h. p.

